lo inſcriptibiles erunt: & ipſe circulus non ſuper punctum b, ſed ſuper punctum aliud deſcribitur in plano. Et per hoc patet ratio deſcriptionis ſigniferi, quantum ad hoc, quòd ſuper centro aſtrolabii nõ potuit deſignari. Item ſit unus de minoribus nõ æquidiſtantibus æquinoctiali; cuius diameter h K: & ſit poſtea unus æquidiſtãtium recto, cuius diameter ſit z c; ſecans illum quocunque modo: quorum communis differentia ſignetur linea l p u, quæ per ſuperficiem circuli a z b K per polos eũtis orthogonaliter tranſibit, & æqualiter hinc inde: eritq; u p æqualis l p. Itaque protrahantur lineæ a K n, a h m, & K b: exeatq; linea z